

parte Curie ut una cum eis Inquisicioni ipsi faciente Interesse personaliter deberemus. Nos autem pro iusta petentibus non debemus nostrum officium denegare una cum eis Interfuimus et convocatis coram ipsis et nobis subscriptis hominibus Baroli domini Regis fidelibus et de melioribus et antiquoribus eiusdem terre ipsius rei magis consciis prestito prius ab eis de veritate dicenda super Santa dei evangelia corporaliter Iuramento ipsos. Interrogaverunt et examinaverunt in nostri presencia de premissis diligenter. quorum depositiones et dicta sunt hec videlicet. Bartholomeus de dompna cita Iuratus et Interrogatus si sciret quod predecessores predicti Capituli maioris Ecclesie Baroli qui fuerunt pro parte et etiam ipsi a catholicorum Regum Sicilie temporibus usque ad hec tempora quartam partem decime veterum iurium Curie in dohana Baroli nec non et tarenos auri quindecim ponderis generalis veteris Buccharie eiusdem terre. ac etiam de cera libras sexaginta pro cereo pascale emendas de proventibus eiusdem dohane annis singulis pro parte dicte ecclesie consueverunt percipere et habere et si etiam notorium sit per huiusmodi decimam. tarenos et ceram consueverunt percipere et habere ut dictum est. annis singulis dixit ut sic Interrogatus qualiter sciret dixit quod a tempore recordationis sue iam sunt anni quinquaginta et plus vidit dari et solvi predicta Iura predecessoribus predicti Capituli eiusdem Maioris Ecclesie Baroli qui fuerunt pro tempore successive eidem Capitulo quinque a magistris procuratoribus. Camerariis secretis et puplicis et qui profuerunt pro tempore quinque a dohaneriis et fundicariis cabellotis seu credenceriis predictorum Iurium qui similiter pro tempore extiterunt Iura ipsa in cabellam seu in credenciam quinque de mandato. secretorum Camerariorum et secretorum quinque de mandato Curie ipsis officialibus et dohanerii destinatis et ipse etiam pluribus annis a predicto tempore usque nunc fuit quinque dohanerius et quinque socius.